

1068 In *Birrens*, rep. circa a. 1812. Servabatur apud Carolum Kirkpatrick Sharp; deinde erat Edinburgi in collegio, nunc ibidem est in museo (sine numero). Ara litteris bonis, alta dig. 55¹/₂, lata 30.

MARTI ET VICTO
RIAE·AVG·C·RAE
TI MILIT·IN COH
II·TVNGR·CVI·
5 PRAEEST SILVIVS
AVSPEX·PRAEF
V·S·L·M

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 398 ligno incisam (inde Stuart p. 128); C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 203 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 261).

Marti et Victoriae Aug(ustae) c(ives) Raeti milit(antes) in coh(orte) II Tungr(orum), cui praeest Silvius Auspex praef(ectus), v(otum) s(olvērunt) l(ibentes) m(erito) Cf. n. 1071. 1073.

1069 *Birrens* prope *Middleby* GORD., HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. Purchased by the late Sir John Clerk of *Pennyquick* near *Edinburgh* GOUGH (PENN.). Nunc in museo Edinburgensi (H 159); litteris elegantibus. Colocsae in Pannonia MUR. male (cf. C. I. L. 3, 194*).

DEO·MRE
RIO·IVL·ES
patera CENS SIGIE patera,
ansata COL LIGN·ELT urceus
5 EVS·D·S·D
V·S·L·M

Contuli. R. Gale apud Gordon it. sept. *addit.* p. 28 tab. 68 fig. 2; Clerk diss. de monum. quibusd. Rom.; Horsley p. 192 *Scotl.* 35 cf. p. [355] (inde Mur. 2016, 2 'misit Dominicus Bricherius Columbus', scilicet ex Gordone vel Horsleio excerptam atque interpolatam; ex Mur. Orell. 2395 cum

adnotatione Henzeni vol. 3 p. 207; Goughs Camden 4 p. 61 tab. 1 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 252; Stuart p. 126 tab. 2 fig. 4; Wright *the Celt* p. 265; Newton p. 118, 118; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 104); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 409.

2 CERS Gord. 4 COLLIGN ita puncto interposito nullo scriptum est. 5 EVS Stuart in tabula male. Ansa paterae, quae est in latere laevo, avis formam habet; unde Horsleius aquilam rotae insidentem sibi visus est deprehendere. Interpretationis experimenta varia et mirabilia omitto; veram praeivit Mommsenus apud Henzenum hanc:

Deo Mercurio Iul(ius) Crescens sigill(um) col(umnarum) lign(eam) cult(oribus) eius d(e) s(uo) d(edit). V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Corruunt igitur censor sigillorum vel sigillarius aliaque, de quibus cogitatum est (cf. Henzen *bullet.* *dell' instit.* 1851 p. 89) cum Iuliano Caesare Clerki; columna lignea nihil habet offensionis, puto enim ita indicari hermam dei ex ligno sculptum. Formulae duae in fine iuxta positae sunt insolenter quidem, sed quae facile intellegantur. Poteris etiam solvere *sigill(o) col(umna) . . . d(at)is v(otum) s(olvit)*.

1070 From *Birrens* GORD., HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. Purchased by the late Sir John Clerk of *Pennyquick* GOUGH (PENN.). Nunc Edinburgi in museo (H 161); basis litteris elegantibus. Signi Mercurii postea repertas esse reliquias permagnas STUART auctor est, quae in hanc basim dicebantur quadrare; quod vix credo.

NVM·AVG
DEO·MERC
SIGN·POSV
ERVNT·CVL
5 TORES·COL
LIGNI·EIVS
DEM·DEI·CVR
ING·RVFO
V·S·L·M

Contuli. R. Gale apud Gordon it. sept. *addit.* p. 29; Clerk de monum. quibusd. Rom.; Horsley p. 342 *Scotl.* 36 cf. p. [355] (inde Goughs Camden 4 p. 61; Hodgson 2, 3 p. 252; Newton p. 118, 119; Stuart p. 127 tab. 2 fig. 5; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 105); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 408. Eius quoque tituli editores explicationes protulerunt varias; veram hanc puto:

Num(ini) Aug(usti), deo Merc(urio) sign(um) posuerunt cultores col(umnae) ligni(ae) eiusdem dei cur(ante) Ing(enuio) Rufo. V(otum) s(olvent) l(ibentes) m(erito)

Cultores Mercurii in schola sua videntur habuisse columnam illam ligneam sive hermam dei (cf. n. 1069); *lignius* pro *ligneus* scriptum est ut *aenius marmorius* (cf. Corssen *Aussprache* ed. II 2 p. 346) *balinium* (ibid. p. 256) et similia. Non cogitandum esse de *colligii* forma pro *collegii*, ut proposuit Henzenus, docet titulus qui praecedit. V. 7 CVR in lapide est; lineam autem, quae inest v litterae, vidi fortuitam esse.

1073 Rep. in *Birrens*; servabatur in *Hoddam Castle* PENN. Ibi videtur periisse.

DEAE VIRADES
THI PAGVS CON
DRVSTIS MILIT
IN COH II TVN
5 GRO SVB SIVVO
AVSPICE PR
AEF

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 407 et in tab. (inde Goughs Camden 4 p. 62 tab. 1 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 128 tab. 2 fig. 2; Henzen 5921; Wright *the Celt* p. 296; I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 260).

1 VIRADE Pennantis tabula, sed ut spatium vacuum remaneat unius litterae capax; VIRADES textus. 2. 3 COR|DAVSTIS Penn. in tabula, non in textu. 3 MILI, 5 SIVO, 6 DAVSPICE, 7 AEF traduntur. Cf. n. 1068. 1072; d initio v. 6 fortasse foramen lapidis est male pro littera habitum. E in fine fortasse initium est eius vocabuli.

Deae Viradesthi pagus Condrustis mili[t(ans)] in coh(orte) II Tungr(orum) sub Si[lv]i[o] [A]uspice praef(ecto) [f(ecit)]

Cum pago Condrusti contulit Condrusos Germanos ex Caesare notos (bell. Gall. 2, 4, 10, 4, 6, 4, 6, 32, 1) C. F. Hermannus *Götting. gel. Anz.* 1846 p. 1415.

1071 Rep. a. 1810 by Mr. Clow of *Laud* in *Burnfoot* prope *Ecclesfechan*, in the garden of *George Irving* Esq., ubi horologium solare sustentabat ibique descripta est a. 1831 GENT. MAG. Servabatur apud Carolum Kirkpatrick Sharp WILS. Ubi extet ignoro.

DEAE
M I N E R V A E
COH·II·TVN
G R O R V M
5 MIL·EQ·C·L
CVI PRAEST CSL
AVSPEX PRAEF

A. I. K. *gent. mag.* 102, 1832 I p. 603; Wilson *prehistoric annals* p. 397 (inde Stuart p. 128) ex schedis Irvine.

3 COH·TI·TVN *gent. mag.* 7 In lapide est sine dubio C·SL; cf. n. 1068. 1073.

Deae Minervae coh(ors) II Tungrorum mil(itaria) eq(uitata) c(ivium) L(atinarum), cui praeest C. S[ilv]i[us] Auspex praef(ectus)

1072 Rep. in *Birrens*, servabat Carolus Kirkpatrick Sharp.; a. 1866 museo Edinburgensi intulit senatus universitatis. Ara litteris elegantibus, alta dig. 43³/₄, lata 30.

DEAE RICAGM
BEDAE PAGVS
VELLAVS MILT
COH II TVNG
5 V S L M

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 399 (inde Stuart p. 128); C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 202 tab. 33 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 261).

1 RICAGM Wilson et Smith; sed M parvulam clare vidi. 2 A littera *pagus* vocabuli linea intermedia caret incuria puto lapicidae.

De dea Ricagma, Beda pago, Vellao milite interpretati sunt editores perperam; nam lectio haec unica probanda:

Deae Ricagambadae pagus Vellaus milit(ans) coh(orte) II Tungr(orum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Pagus Vellaus militans positus est cum aliqua audacia pro paganis Vellavis militantibus in cohorte. Cf. n. 1073. Ricagambada tutelarum potest fuisse pagi eius Tungrorum.